ta ibi ratione: *Cum inconveniens sit vendi juspatronatus,*
53 *quod est spirituali annexum.* Immo vendens Juspatronatus sic sumptum, si sit persona singularis, subjacet excommunicationi; si vero sit aliqua Communitas, seu Universitas, subjacet Interdicto; Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 9. Et tam vendens, quam emens, etiam-
54 si intervenerit consensus Episcopi, ipso facto privati existunt tali Jurepatronatus, *arg. cap.* Quia Clerici 6. *de Jurepatronatus*, & expresse Concil. Trid. *loc. citat.* ibi: *Si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subjiciantur, & dicto Jurepatronatus ipso jure privati existant*, Annot. *ad decis.* 46. Rotæ *recent. num.* 3. *& seq. part.* 9. *tom.* 1. Barbosa *in cit. cap.* Quia Clerici *num.* 2. *& in Trid. loc. cit. num.* 81. *& de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 71. *num.* 35. *& communis*
55 *aliorum.* Nec talis venditor posset retinere pretium acceptum, ne ex iniquitate sua commodum reportet; *arg. cap.* Intelleximus 7. *de Judiciis*, ibi: *Ne videatur de sua malitia commodum reportare.* Sed teneretur illud restituere, non quidem emptori, utpote qui mala fide contra sacros canones emit; *arg. cap.* De hoc 11. *de Simonia, & leg.* Fundum, *Cod. de evict.* sed Ecclesiæ, cui per simoniam injuria fuit illata; Abbas *in cap.* de jure 16. *de Jurepatronatus num.* 3. Barbosa *ibid. num.* 5. Lambertin. *de Jurepatronat. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 5. *art.* 6. Vivian. *in praxi Jurispatronatus lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. & alii.

56 Quando vendens ratione illicitæ, & invalidæ venditionis privatur Jurepatronatus, tunc ecclesia patronata remanet libera, si unus tantum est Patronus, vel plures quidem, sed omnes pro tali venditione delinquentes, Annot. *ad decis.* 46. *num.* 7. *part.* 9. Rotæ *recent. tom.* 1. Barbosa *collectan. in cap.* Quia Clerici 6. *de Jurepatronat. num.* 2. & in Trident. *sess.* 25. *de re-*
57 *form. cap.* 9. *num.* 81. cum pluribus ibi citatis. Si autem plures sint Patroni, & unus solus, vel alter delinquat, tunc beneficium non remanet liberum, maxime si sit hæreditarium, sed juspatronatus competit aliis Compatronis innocentibus, cit. Annot. *ad dict. decis.* 46. *num.* 9. Cantera *in suis quæst. criminib. cap.* 1. *num.* 50. Socinus junior. *consil.* 51. *n.* 6. *vol.* 2. Peregrin. *de jure Fisci lib.* 5. *titul.* 1. *num.* 72. Bajard. *ad Clar. lib.* 5. *quæst.* 79. *num.* 26. Sanchez *præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 17. Barbosa *in Concil. Trident. loc. citat. num.* 81. Reiffenstuel *lib.* 3. *Decretal. tit.* 38. *n.* 29. &
58 alii. Secus vero, si virtute, seu vigore fundationis ad aliquem devolveretur; siquidem tum vendente tantum condemnato, si vacaret, pro ejus part. Ordinarius conferret; citat. Annotat. *ad decis.* 46. *num.* 10. & supradicti Doctores.

59 Juspatronatus, quamvis nequeat vendi, per se principaliter, ac solitarie sumptum; potest tamen vendi per accidens, seu accesorie, ut si vendatur universitas bonorum, cui inseparabiliter est annexum juspatronatus; dummodo ratione illius non augeatur pretium; *Communis*, *argum. cap.* Ex literis 7. *& cap.* Cum secu-
60 lum 13. *De jurepatron.* Neque hoc casu requiritur consensus Episcopi; Rota *part.* 7. *recent. decis.* 206. *n.* 28. *part.* 14. *decis.* 536. *num.* 183. *& Communis Doctorum.*
61 Secus autem quando translatio fit rerum particularium, & signanter juspatronatus, tunc enim, non attenta tituli universitate, requiritur consensus Ordinarii; Rota
62 *part.* 14. *decis.* 536. *num.* 184. Juspatronatus accessorie, seu per accidens potest transferri in alium, non solum per venditionem universitatis bonorum, sed etiam per venditionem rei particularis, cui inseparabiliter sit annexum; dummodo ratione illius pretium non augeatur; Barbosa *Collect. in cap.* Ex literis 7. *de jurepatron. n.* 2. ubi dicit hoc clare colligi ex textu dicti *cap.* Ex literis:: Cardin. *in cap.* Cum seculum 13. *de jurepatronat. quæst.* 5. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 31. ubi dicit hanc opinionem esse veriorem, & juri conformiorem, & in hanc inclinant etiam multi alii. Si enim fundator dicat *Statuo, seu volo, quod juspatronatus semper inseparabiliter annexum sit huic palatio, huic domui, huic fundo, huic agro, & hujusmodi, ita ut in quemcumque transierit hoc palatium, hæc domus, hic fundus, hic ager, & hujusmodi, transeat etiam inseparabiliter jurpatronatus*, videtur clarum, quod per venditionem, & translationem talis palatii, talis domus, talis fundi, talis agri, & hujusmodi, transferatur, & vendatur accessorie, & per accidens etiam ipsum juspatronatus inseparabiliter ipsi palatio, domui &c. à fundatore annexum; quia cum possit fundator in limine fundationis apponere conditiones, & pacta sibi benevisa, etiamsi juri communi sint contraria, dummodo accedat Episcopi consensus, ut tenet Rota *part.* 1. *recentior. decis.* 530. *num.* 2. *& Communis Canonistarum*, ideo ejus voluntas est servanda; Rota *part.* 2. *recentior. decis.* 254. *num.* 2. aliter esset inutilis, & ridicula ejus facultas sic disponendi, & apponendi quascumque conditiones, & quæcumque pacta sibi benevisa, si non deberet ejus servari voluntas sic disponens; tunc quia jura, & rationes æque militant de tali re particulari, ac de universitate bonorum, ut consideranti patet; Et regula universalis, & illimitata ab ipsis etiam adversariis alibi illimitate sæpe posita, est, quod juspatronatus transeat cum re, cui est inseparabiliter annexum; *argum. cit. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronat.* & universaliter accessorium sequatur naturam principalis; *cap.* Accessorium 42. *de Regul. Juris in* 6. ibi: *Accessorium natura sequi congruit principalis.* Nec 63
intervenit simonia, dum venditur res, in qua inest juspatronatus, sed illa res, cui inest, ut docet Sanctus Thomas 2. 2. *q.* 106. *artic.* 4. Abbas, & Bero *in cap.* De jure 16. *de jurepatronat.* & alii plures, *& Annotatio ad decis.* 46. Rotæ *part.* 9. *tom.* 1. *num.* 15.

Plurimi tamen, & maximi Doctores, ut Innocent. 64
in cap. Ex literis 7. *de Jurepatronatus num.* 3. *ibid.* Joan. Andr. *num.* 30. Hostiensis *num.* 7. Abbas *num.* 14. Fagnan. *num.* 19. Roch. de Curt. *in tract. de Jurepatronat. in verb.* Ipse velis *quæst.* 20. Lambertin. *in eod. tract. part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 5. *artic.* 17. & plures alii citati à Covarr. *lib.* 1. *variarum resolut. cap.* 13. *num.* 3. conclusionem limitant, dicendo, quod Juspatronatus transeat quidem cum re particulari, cui est inseparabiliter annexum, si vendatur res particularis continens Jura universitatis, cujusmodi secundum ipsos sunt civitas, castrum, oppidum, pagus, villa, aut fundus, cui jura universitatis, ut Jurisdictio, servitutes, onera, actiones, & hujusmodi, sunt annexa: non sit autem, si vendatur res particularis talia jura universitatis non continens.

Juspatronatus annexum castro, & villæ, & hujusmo- 65
di rei datæ in dotem, transit cum ipsa dote in maritum, ita ut, stante matrimonio, jus præsentandi competat marito, & non uxori; Garzias *de beneficiis part.* 5. *cap.* 9. *num.* 147. *& seq.* Menochius *consil.* 66. *num.* 27. Mantica *decis.* 140. *num.* 2. *&* 13. Barbosa *in cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronat. num.* 3. *& de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 71. *n.* 38. cum plurimis ibi citatis, & fere communi aliorum contra Abbatem, & Azorium. Et ratio est, quia Juspatronatus transit cum re in illum, qui eam cum dominio directo, vel saltem utili, acquirit; ut *arg. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronat. & cap.* Cum Bertoldus 18. *de sententia, & re judicata*, tenet ex communi Fagnan. *in cit cap.* Ex literis *num.* 15. Sed maritus, durante matrimonio, habet dominium saltem utile dotis; *leg.* Dote ancillam *C. De rei vindicat. cap.* Per vestras 7. *de donat. inter Vir & Uxorem, & cap.* Salubriter 16. *de Usuris*; ergo &c.

Juspatronatus annexum inseparabiliter castro, op- 66
pido, pago, palatio, prædio, & hujusmodi dato in feudum, seu emphyteusim, transit cum ipso in feudatarium, seu emphyteutam; *Communis arg. cap.* Cum seculum 13. *de Jurepatronatur*, & ibi Glossa *verb.* emptorum:: & hoc facit ratio allata *sup. n.* 58. Secus au- 67
tem, si tale castrum, oppidum, palatium, prædium, & hujusmodi detur solum pro pignore, aut hypotheca, quia tunc Juspatronatus non transit cum ipso castro, oppido, & hujusmodi in Creditorem habentem pignus, aut hypothecam, sed remanet apud Debitorem, ita ut eveniente tali tempore vacanti beneficii patronati, Jus præsentandi competat Debitori, non Creditori; *arg. cap.* Cum Bertoldus 18. *De sententia, & re ju-*

judicata, & tenet *Communis Doctorum* cum Fagnan. *in cit. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronatus num.* 16. Et ratio est, quia ad hoc, ut transeat Juspatronatus cum aliqua re, requiritur omnino, quod ipsa res transeat quoad dominium directum, vel saltem utile, & non sufficit quod transeat solum quoad civilem, vel naturalem nudam possessionem, ut *arg. cit. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronat. & cit. cap.* Cum Bertoldus 18. *de sentent. & re judicata*, docet ex communi Fagnan. *in dict. cap.* Ex literis *num.* 15. In creditorem autem habentem pignus non transit dominium pignoris, nec directum, nec utile, sed nuda ipsius possessio (nisi aliter conventum fuerit) & tenetur Creditor fructus perceptos restituere, vel in sortem computare, & peccat utendo; *cap.* Cum contra 6. *de pignorib. cap.* Plures 1. *de Usuris, & leg.* Sed an viæ, *ff. De pignoribus, & leg.* Creditor *ff. de furt.* adeoque Juspatronatus, nec accessorie transit cum pignore, seu hypotheca.

68 Juspatronatus annexum rei concessæ ad firmam, seu locatæ ad longum tempus, *v. g.* saltem ad decennium transit ad conductorem, ita ut eveniente vacatione beneficii tempore locationis, & conductionis, Jus præsentandi spectet ad conductorem, & non ad locantem; *Communis* cum Abbate *in cit. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronatus num.* 5. Barbosa *ibid. num.* 4 Pirhing. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 38. *num.* 76. *arg. cit. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronat. & cap.* Vestræ 2. *De locato, & conducto.* Et ratio est, quia per talem concessionem ad firmam, seu locationem ad longum tempus transit possessio, & omnis utilitas rei locatæ in conductorem, & consequenter etiam Juspatronatus, seu ratio præsentandi, quæ est quædam commoditas. & veluti fructus jurispatronatus. Insuper secundum Barbosam *in cit. cap.* Ex literis 7.
69 *de Jurepatronat. num.* 4. Glossam, & alios ibi citatos Juspatronatus, transit etiam in conductorem cum re locata, & conducta ad modicum, seu breve tempus, quia etiam per locationem ad modicum, seu breve tempus transit commoditas rei locatæ in conductorem, ita ut illi liceat uti, & frui re conducta, ut habetur *in leg.* Ex conducta 16. *ff. locati.* Ideoque videtur etiam transire in ipsum jus præsentandi, seu ipsam præsentationem, quæ est quædam commoditas, vel quidam fructus Jurispatronatus, juxta doctrinam Glossæ receptæ *in cap.* Cum olim 14. *de majorit. & obedient. verb.* Capitulo:: & Glossa ultim. *in cap.* Cum Bertoldus 18. *de sentent. & re judicata.*

70 At vero licèt hæc sententia sit probabilis, ut etiam censet Abbas *in cit. cap.* Ex literis 7. *de Jurepatronat. num.* 5. & alii; tamen, ut fatetur ipsemet Barbosa *loc. cit. n.* 4. *in fine*, receptior est, & melioribus nititur fundamentis sententia contraria, scilicet, quod juspatronatus non transeat ad conductorem cum re locata, & conducta ad modicum, & breve tempus, sed maneat penes locantem, quia tunc non transfertur utile dominium, nec possessio, sed nuda detentio rei, & jus percipiendi fructus, & notatur *in leg.* Si certum §. Si duobus, *ff. Commodat. & in leg.* 3. §. Ex contrario, *ff de acquirend. possess.* cum colonus conductus ad modicum, & breve tempus, non suo, sed domini locantis nomine possideat rem locatam, *leg.* 2. *de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Abbas *in cit. cap.* Ex litteris *num.* 5. Fagnan. *ibid. num.* 14. Bero *ibid. num.* 2. Card. *in Clementin.* 1. §. Verum *in* 2. *quæst. de rebus eccles. non alienand.* Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæst.* 11. Pirhing. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 38. *num.* 76. & alii plures citati à Barbosa *loc. cit. num.* 4. *in principio.* (Vid. *verb.* Locatio, & Emphyteusis, *cum verb.* Feudum). ۞

Juspatronatus amittitur, & penitus extinguitur va- 71
ris modis, sive causis. *Primo*, Juspatronatus cessat, & omnino amittitur, si ecclesia patronata sine spe reædificationis totaliter destruatur, vel redditus omnino deficiant, & pereant; *Communis argum.* §. *final. inst. de Usufructu.* Rei enim non existentis nullæ sunt qualitates; *cap.* Ad dissolvendum 13. *de desponsat. impuber. leg.* Si non obtulit 4. §. Condemnatum *ff. de re judicata. Se-* 72
cundo, quando causa, propter quam quis erat Patronus, perempta est; Lambertin. *de Jurepatronatus lib.* 3. *q.* 7. *art.* 1. Barbosa *lib.* 3. *Juris ecclesiastic. univers. cap.* 12. *num.* 254. & alii passim. *Tertio*, deficiente, & penitus 73
extincta linea vocatorum ad tale Juspatronatus; tunc enim ecclesia, seu beneficium libertatem consequitur, & libere ab Ordinario confertur; Barbos. *loc. cit. num.* 254. Pirhing. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 38. *num.* 138. Reiffenstuel *ibid. num.* 125. Engel. *ibid. num.* 26. & alii communiter. *Quarto*, per non usum longissimi vel longi temporis ad 74
præscriptionem requisiti, si videlicet interea duabus saltem vicibus Rector Ecclesiæ fuerit absque præsentatione institutus, dummodo tamen *Patronus* non fuerit legitime impeditus; Abbas *consil.* 106. *col. penult. lib.* 2. Barbosa *loc. cit.* Pirhing. *loc. cit.* Reiffenst. *loc. cit.* & *Communis aliorum. Quinto*, si Patronatus patiatur ecclesiam 75
patronatam erigi in collegiatam, seu monasterium, ۞ 2) quia in his præsentatio aliqua locum non habet, sed electio; *cap.* Noli 25. *de Jurepatronat.* & sic tenet *Com-* 76
munis cum supracitatis. *Sexto*, si ecclesiæ, vel monasterio sine reservatione *Juspatronatus* uniatur, vel incorpo-

۞ Exponitur in eis, juspatronatus, si detur in pignus, vel hypothecam, oppidum, castrum, palatium, &c. cui annectitur, non transire; transire quidem, si ad longum tempus, non ad modicum ea conducantur, nisi specialiter tale jus excipiatur: quibuscumque ex istis in creditorem, aut conductorem, transitum facere, asserit lex (1), quæ adducitur, ut menti teneatur, prout casus occurrat.

۞ 2) Potest assentiri, juspatronatus, si ecclesia non libera in collegiatam, aut monasterium erigatur, non extingui, quia licèt primæ eorum dignitatis electio seculari non conveniat, ad minus in ejus adprobationem, assensum debet præbere; immò numquam verificabitur extinctum, cum non sit regulare ad faciendam erectionem, quod Patronus simpliciter procedat absque ulla patronatus reservatione, quam efficere potest, & si omittatur, exclusus haud censebitur à præsentatione præbendarum, canonicatuum, & aliorum, citra prælatiam (2); hodiè attenta concordia minus dubium occurrit, nam si talis erectio, omni reservatione prætermissa, fuerit facta, jam Catholicus D. Rex noster patronatum adquirit, eo quod cujuslibet fundationis imposterum erit Patronus, dummodò non reservaverit fundator (3).

(1) *L.* 9. *ejusd.* Arrendando, ó empeñando orden, ó otro ome qualquier su Villa, ó Aldéa de que oviese Señorio, si oviese, é Eglesia, é el derecho del Patronazgo fuere suyo, pasa el poder de presentar Clérigo para la Eglesia, quando vacare, é los derechos del Patronazgo, que y abia á aquel que la tomó arrendada, ó empeñada.

(2) *L.* 1. *tit.* 15. *p.* 1. *Ibi*: E quando la Eglesia vacare, debe presentar Clérigo para ella. Esto se entiende si non fuere Eglesia Catedral, ó Conventual. Cá en estas atales el Cabildo, ó el Convento ha de elegir su Perlado, é despues desto hanle de presentar la eleccion fecha al Patron, que le plega, é la otorgue: pero si el Patron quando quisiere facer eglesia, que sea colegiata, que quier tanto decir como conventual, dixere que quiere este derecho aver en ella, que pueda él solo elegir el Perlado, con otros Clérigos, que y fuesen, ó se ovieren de elegir, si el Papa gelo otorgase, bien la puede haber, é de otra guissa non.

(3) *L.* 11. *tit.* 6. *lib.* 1. *cap.* 5. *Ibi*: De qualquier naturaleza que al presente existen, y que en adelante se fundaren, si los fundadores no se reservaren en sí, y en sus sucesores, el derecho de presentar en los dominios, y reynos de las Españas, que actualmente posee el Rey Católico, con toda la generalidad con que se hallan comprehendidos en los meses Apostólicos, casos de las reservas generales, y especiales:: (Vid. *concord.* in fin. *verb.* Beneficium).

poretur, quia per talem unionem, seu incorporationem censetur ecclesia extincta, consequenter etiam Juspatornatus in illa competens Patrono; Pirhing *loc. cit.* Reiffenst. *loc. cit.* Zoesius *tit. de Jure patronat. num.* 68.

77 Joan. Andr. *in cap.* 2. *de religiosis domibus*, & alii. *Septimo*, extinguitur per liberam remissionem *Patroni*; quilibet enim renuntiare potest juri suo; *cap.* Si diligenti 12. *de foro competent. & cap.* Si de terra 6. *de privil.* & tenent Zoesius *loc. cit.* & alii; *argum. cap. Si Laicus unic. de Jure patronat. in* 6. ✪

78 *Octavo.* Si Patronus Rectorem, vel alium Clericum ipsius ecclesiæ per se, vel per alios occidèrit, aut mutilaverit, eo ipso Jus patronatus amittit, textu expresso *in cap.* In quibusdam 12. §. Sacris, *de pœnis.* Nisi tamen id faceret ad sui necessariam defensionem, vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ. Et tale Jus patronatus ob hanc delicti causam extinctum non transit ad hæredes, sed Ecclesia fit libera. Glossa *in cit. cap.* In quibusdam, *verb.* Prorsus amittat:: Barbosa *loc. cit.* Pirhing. *loc. cit.* Reiffenstuel *loc. cit.* Viviam. *in praxi Juris patronat. lib.* 25. *cap.* 2. *num.* 10. & alii. *Nono*,

79 si Patronus fiat Hæreticus, Schismaticus, aut Apostata, seu Hæreticorum receptor, fautor, & defensor, quia in tali casu bonis omnibus spoliatur, & consequenter etiam Jurepatronatus eis annexo; *arg. cap.* Absolutus 76. *de Hæreticis*, Moneta *de Commut. ult. volunt. cap.* 11. *num.* 158. Vivian. *loc. cit. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 6. Barbosa *loc. cit.* Engel. *loc. cit.* Pirhing *loc. cit.* Reiffenst.

80 *loc. cit. Decimo*, si Patronus se ingerat in perceptione fructuum beneficii patronati, aut ejus bona usurpet, in tali enim casu ipso facto privatur Jure patronatus, & incurrit excommunicationem reservatam, textu expresso in Concil. Trident. *sess.* 22. *de Reformat. cap.* 11. Vivian. *loc. cit. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 13. Franciscus Leo *in thesauro fori ecclesiastici part.*2. *cap.* 21. *num.* 32. Bar-

81 bosa *loc. cit.* Reiffenstuel *loc. cit.* & alii. *Undecimo*, si Patronus modo à sacris canonibus prohibito vendat, aut alio modo in alium transferat Jus patronatus, quia in tali casu ipso facto privatur Jure patronatus, & excommunicationi subjicitur, textu expresso in Concil. Trid. *sess.* 25. *de Reformat. cap.* 9. §. Nec dict. Juspatronatus::

82 Engel *loc. cit.* Reiffenst. *loc. cit.* & alii. *Duodecimo*, Jure patronatus privandus est, qui illud simoniace acquisivit; *arg. cap.* Quia Clerici 6. *de Jure patronatus*, Zoesius *loc. cit.* Pirhing. *loc. cit.* Reiffenst. *loc. cit.* & alii.

83 *Tertiodecimo*, si Patronus ingratus sit ecclesiæ, perdit Juspatronatus Vivian. *loc. cit. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 4. Barbosa *loc. cit.* Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 32. *n.* 9. & 19. & *quæst.* 58. *num.* 2. & alii.

84 ☞ Disserit hoc in articulo *Auctor* de modis derivatis, quibus acquiritur Juspatronatus, tum de modis quibus amittitur.

Agens *Auctor* de successione, qui est unus de modis derivatis, asserit *num.* 7. plures hæredes pro inæqualibus partibus institutos æqualiter in Juspatronatus succedere. At si intelligit de exercitio Juris patronatus, res haud caret difficultate; dum illud juxta hæreditarias partes dividatur. Confer Gagliard. *de Jure patronat. capit.* 10. *num.*4. ✪ 2) (Ad idem *conducunt l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop. Cast.* cum *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. Ord. Reg.)

Quod inquit *Auctor num.* 9. conventiones, in quibus 85
jus præsentandi per turnum dividitur, opus haud habere consensu Ordinarii, accuratiori indiget discussione. Porro si conventio hæc sit inita inter eos, quorum aliquis nullam prorsus partem Juspatronatus habeat, necessarius ad ejus validitatem est consensus Ordinarii, isque non ratione juris præsentandi per turnum, sed alienationis in extraneum; Rot. *in Mediolanen. Juris patronatus* 4. 1734. *cor. bon. mem. Harrac.*

Quod si inita sit dicta conventio inter Patronos, sed 86
sit inter eos aliquis, qui alienare quoquo modo prohibeatur, ut est Patronus ecclesiasticus, opus est ad ejus validitatem ratione dictæ prohibitionis confirmatione Pontificia; Rot. *in Paderbonen. Canonicatus* 25. *Junii* 1726. *cor. bon. mem. Cerr.*

Si inita sit dicta conventio inter Patronos, quorum 87
nemo alienare prohibetur, sed Patronis in suo cuique turno adjectum sit onus præsentandi has vel illas personas, ratione hujusce oneris ad illius validitatem accedere pariter debet Pontificia confirmatio; Rot. *in Valentina beneficii* 28. *Junii* 1723. *cor. bon. mem. Gamach.*

At si dicta conventio inita sit inter Patronos, nec ali- 88
quis de ipsis alienare sit prohibitus, nec onus iis sit adjectum præsentandi aliquem de certo genere personarum, subsistit sine ulla Ecclesiastici Superioris Auctoritate; Rot. *cor. Dunozet. jun.* 702. *num.* 1. & *in Compostellana Parochialis* 22. *Februarii* 1734. §. *Ubi*, *cor. Eminentiss. Crescentio.*

Utrum ad firmitatem dictæ cenventionis requiratur 89
consensus omnium Patronorum, an sufficiat consensus majoris partis ipsorum, non congrua hic quæstio est. Requiri consensum omnium Patronorum videntur affirmate Piton. *de controvers. patron. alleg.* 100. *num.* 318. Rota *in Pistorien. beneficii* 27. *Martii* 1716. §. *Alia coram bon. mem. Cerr.*

At ita intelligas, ut possit d. conventionem impug- 90
nare Patronus, qui non consensit, non item aliquis de Patronis, qui suum præstiterunt consensum, quibusque propterea vetitum esse debet factum proprium impugnare; Rot. *in Hydruntina Capellaniæ* 10. *Maii* 1679. §. *final. cor. bon. mem. dell' Olmo*, & Barchinonen. *beneficii* 22. *Febr.* 1704. §. *finali cor. bon. mem. Cafarrell.*

Quænam requirantur, ut hæc conventio afficere pos- 91
sit ex persona propria vocatos ad Jus patronatus, vide apud Piton. *de controv. Patron. allegat.* 71. *num.* 15.

Nec inutile est hic accuratius explicare, an & quan- 92
do re non integra possit necne supervenire consensus Ordinarii, & validare actum, in quo fuit translatum Juspatronatus. Plures vero distinguendi sunt casus. Enim vero ubi agitur de donatione simplici Juris patronatus, inutilis est consensus Ordinarii superveniens, re nondum integra; idque quia non obstante hujusmodi donatione liberum erat donanti ab ea resilire, & ad alios Juspatronatus transferre; Rot. *in Pannen. Juris patronatus* 2. *Maii* 1733. §. 7. & *seq.* & in confirmatoria 3. *Julii* 1744. §. 4. *coram clar. mem. Millin.*

Ali-

✪ Dum ecclesia patronata, vel beneficium patronatus ecclesiastici, vel secularis, alteri ejusdem naturæ, insuperhabita reservatione, unitur, vel incorporatur, non extinguitur Juspatronatus: nam in casu quo Patroni, præcedentibus ad unionem edictis, non compareant, vel comparendo, causa quod unioni resistere velint, digna consideratione haud fuerit, ad eam proceditur, & semper ipsis alternativa ad præsentandum, patronatumvè exercendum, superst, prout Ordinarius disponat. (1)

✪ 2) Conformis patrio jure doctrina videtur: quia cum tale jus indivisibile consideretur, in solidumque competat cuilibet ex Patronis, omnes eadem procedent æqualitate, præterquam ad Sacerdotis præsentationem. (2)

(1) *Ord. Circ.* 12. *Jun.* 1768. *cap.* 7. *Ibi*: Para que tenga efecto &c. *Cap.* 13. *Ibi*; Distribuyendo &c. (Vid. *lit.* D. *pag.* 73.)

(2) *L.* 12. *tit.* 15. *p.* 1. *Ibi*: Igualmente debe ser guardado el derecho del Patronazgo á todos los Patronos quantos quier que sean, é non lo deben partir en ninguna manera: porque esto no es cosa en que cayga particion: ante es cada uno por si Patron para facer todas las cosas que se convinieren por razon del patronazgo, fueras ende presentar Clerigo: ca esto non lo pueden facer si non todos en uno. E como quier que algunos Patrones dexen muchos herederos que heredasen el Patronazgo de ellos, maguer sean los unos menos, é los otros mas, por esto no han mejor derecho en el Patronazgo el uno que el otro: mas todos lo han por igual: esta sería como si fuesen tres Patronos, é el uno dexase un heredero, el otro dos, ó el otro tres, ó mas::

93 Aliter se res habet quoad donationem jurispatronatus continentem pactum juratum de non revocando. Etenim quum hujusmodi donatio irrevocabilis maneat quoad donantem, etiam ante consensum Ordinarii; inde fit, quod subsequens translatio, utpote irrita ex defectu potestatis nullum præbere valeat impedimentum consensui Ordinarii, qui quandocumque supervenerit, validat actum usque ab initio; Rot. *in Aquilana Beneficii* 28. *Junii* 1749. §. 3. *cor. Rever. P. D. Canillac Decano*, & *in Compostellana Parochialis de Coiros* 8. *Maii* 1747. §. 7. *cor. Illustr. Clement.*

94 Quod in donatione jurispatronatus continente pactum juratum de non revocando obtinet, id ex identitate rationis locum quoque sibi vindicat in dispositione ejusdem jurispatronatus facta per legatum. Nam quum hæres nullatenus ex se impedire valeat, quominus adimpleatur voluntas testatoris favore alterius de suo jurepatronatus disponentis; immo illam modis omnibus ad optatum finem perducere tenentur; Hinc est, quod si ipse hæres contra fas & jura voluntatem defuncti eludat donando ante consensum Ordinarii juspatronatus, nullum ex hujusmodi irrita donatione oriri potest obstaculum superveniens consensui Ordinarii, qui propterea indistincte retrotrahitur ad diem factæ dispositionis in præjudicium cujuslibet actus interim gesti; Rot. *in Tuden. Parochialis de Teuton.* 20. *Junii* 1757. §. 13. & in confirmatoria 28. *Novembris* 1757. §. 12. *cor. R. P. D. Herreros.* ☞

ARTICULUS III.

Juspatronatus quoad ea, quæ concernunt ejus probationem.

SUMMARIUM.

1 *Allegantis juspatronatus incumbit onus probandi: in casibus usurpationis, saltem præsumptive alio modo probari debet: quando cesset vel non usurpationis præsumptio*, ad num. 25.

26 *Dum inter ipsosmet patronos disceptatur an Concilii Tridentini in jurepatronatus probando rigor requiratur: quid de usurpatione ad probationem in personis potentibus: scriptura qualis dicatur authentica: quomodo probandæ præsentationes*, ad num. 41.

42 *Plenior probatio in personis de usurpatione suspectis tam in petitorio quam possessorio: variis modis, dum privatæ personæ intersunt, probatio fiet*, ad n. 81.

82 *Additiones subsequuntur*, ad num. 85.

1 Cum beneficia præsumantur libera, alleganti juspatronatus incumbit onus illud probandi; Rota *recent.*
2 *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 59. *num.* 9. Alio autem modo probari debet juspatronatus à personis suspectis de usurpatione, in quibus exactiores probationes requiruntur; Conc. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 9. Rota *recent. part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 59. *num.* 11. Et alio modo à personis privatis, in quibus Conc. Trid. *loc. cit.* nihil innovavit circa hujusmodi probationem, sed illam reliquit in terminis juris communis; Rota *part.* 1. *dec.* 211. *num.* 2. & *dec.* 312. *n.* 2. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 290. *n.* 10. *part.* 12. *decis.* 162. *n.* 4. *part.* 17. *decis.* 220. *n.* 11.

3 Personæ suspectæ de usurpatione jurispatronatus sunt omnes domini civitatum, castrorum, aut locorum, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Universitates, seu Communitates, & alii quilibet domini perpetuam jurisdictionem habentes in loco Beneficii; Sic declarasse Sacr. Congregationem Concilii refert Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. glost.* 18. *n.* 66. & sæpe sæpius tenuit Rota, & signanter *in Sorana Jurispatronatus* 28. *Aprilis* 1693. *coram Card. Pamph.* & *in alia Jacen. Parochialis* 27. *Junii* 1603. *coram eodem*, & *in Lucana Jurispatronatus* 14. *Junii* 1621. *coram Coccino*, & *part.* 2. *recent. dec.* 412. *n.* 4. & *dec.* 421. *num.* 1. *part.* 12. *dec.* 187. *n.* 1. *part.* 14. *dec.* 488. *n.* 6. 7. & 8. Nec Juspatronatus præsumitur acquisitum ex usur- 4
patione ex sola potentia acquirentium, nisi etiam probetur eorumdem temporalis jurisdictio in loco, ubi situm est beneficium, Rota *part.* 3. *recent. decis.* 172. *num.* 10. & *decis.* 191. *num.* 2. *part.* 12. *decis.* 187. *n.* 1. & sæpe alibi. Ita ut jurisdictio, seu potentia extra lo- 5
cum beneficii non sufficiat, Rota *part.* 5. *recent. tom.* 1. *decis.* 197. *num.* 37. & 38. Nisi potentia sit talis, quæ influat etiam in locum beneficii; Rota *part.* 7. *recent. decis.* 282. *num.* 22. & *seq. part.* 12. *decis.* 90. *n.* 26. Ceterum usurpatio non præsumitur in personis priva- 6
tis alicujus loci, quamvis sint potentes in alio; Rota *part.* 12. *decis.* 90. *num.* 24. Immo, ut usurpatio suspi- 7
cari valeat de familia, requiritur, quod eadem familia sit in loco beneficii cum tali jurisdictione, quæ incutiat formidinem Ordinatio, eumque retrahat à vindicanda usurpatione Beneficii; Rota *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 559. *num.* 6. Neque ad hunc effectum potentia inducitur ex 8
nobilitate, & antiquitate familiæ; Rota *part.* 2. *decis.* 90. *num.* 21. & 22.

Jurispatronatus usurpatio non solum præsumitur in 9
dominis temporalibus, & familiis potentibus, ut supra, sed etiam in universitatibus, seu Communitatibus, Conc. Trid. *cit. sess.* 25. *de reform. c.* 9. ibi: *Seu Communitatibus, vel Universitatibus*; Rota *part.* 5. *recent. tom.* 1. *dec.* 197. *n.* 31. & 32. & *part.* 17. *dec.* 220. *n.* 9. *part.* 18. *tom.* 2 *dec.* 706. *num.* 4. & sæpe alibi. Et hoc procedit 10
etiam in Universitatibus, seu Communitatibus parvis, ut declaravit Sacr. Congreg. Conc. relata, & secuta à Rota *part.* 5. *rec. tom.* 2. *dec.* 477. *num.* 14. & tenuit eadem Rota *cor. Mantica dec.* 253. *n.* 3. *et in Herden. beneficii* 11. *Marti* 1596. *coram Penia*, & *in Cremonen. capellaniæ* 2. *Apr.* 1601. *coram Coccino*, ac aliàs sæpe, & cum plurimis tenet Barbosa *lib.* 3. *Juris Eccles. univ. c.* 12. *n.* 144. & *part.* 3. *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 72. *n.* 62. & *in Trid. sess.* 25. *de reformat. cap.* 9. *num.* 50. Immo hoc itidem procedit in Universitatibus, 11
seu Communitatibus parvis, quæ nullam jurisdictionem, seu imperium habent in loco Beneficii; Rota *part.* 5. *tom.* 2. *dec.* 477. *num.* 14. *part.* 9. *tom.* 1. *dec.* 245. *n.* 6. *part.* 11. *dec.* 347. *num.* 14. *part.* 12. *dec.* 279. *num.* 3. & sic consuevit declarare Sac. Cong. apud Rotam *part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 197. *num.* 36. & cum pluribus tenet Barb. *cit. alleg.* 62. *n.* 32. & *cit. cap.* 12. *num.* 144. & *seq.* Etiamsi essent Universitates, & Communitates 12
paucorum Parochianorum; Rota *cit. part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 197. *num.* 36. ubi citat varias alias Rotæ decisiones Barbosa cum pluribus aliis, *cit. alleg.* 72. *n.* 32. *et cit. cap.* 12. *num.* 144. *et* 145.

Cessat autem præsumptio usurpationis in Confraternitate, seu Congregatione personarum, quæ nullam 13
habent jurisdictionem, aut publicam auctoritatem, aut potentiam; Rot. *part.* 3. *tom.* 1. *dec.* 290. *num.* 3. *et* 18. *part.* 9 *tom.* 2. *dec.* 2. *dec.* 321. *num.* 10. Item cessat 14
præsumptio usurpationis, quando Juspatronatus spectat ad Præsidentes Confraternitatis, etiamsi ipsi eligantur à Communitate; Rota *ibid. n.* 22. Barbosa *cit. alleg.* 72. *num.* 64. *et cit. cap.* 12. *num.* 149. Item Juspatronatus 15
non præsumitur acquisitum ex usurpatione, si non totius Universitatis, sed illius partis esse prætendatur; Sic decisum fuisse à Sac. Cong. Concilii referunt Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. glois.* 18. *num.* 69. Barbosa *cit. allegat.* 72. *num.* 64. *et* 65. *et in Conc. Trid. cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 51. Item Juspatronatus non præ- 16
sumitur ex usurpatione, quando una illius pars spectat ad Universitatem Parochianorum, & alia ad alias privativas personas; Rota *in una Aurien. Parochialis* 5. *Decemb.* 1605. *coram Manzanedo*; *et in Fesulana Jurispatronatus* 8. *Febr.* 1610. *coram Cavalerio*, *quæ est decisio* 219. *primæ partis recentior. n.* 2. Barbosa *in Concil. Tridenti. loc. cit. num.* 54.

Cessat quoque præsumptio usurpationis, si privata 17
persona seu familia habeat Juspatronatus simul cum familia potenti, vel Universitate; Rota *in Firmana Altaris de Doriis* 15. *Febr.* 1610. *coram Cardinal. Marquemon. et part.* 2. *rec. dec.* 154. *sub num.* 7. *et part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 768. *num.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3.

præsumpt. 99. *num.* 15. *&* 16. *& consil.* 654. Barbosa *in Concil. Trident. loc. cit. num.* 53. *& cit. cap.* 12. *num.* 147.
18 Item cessat præsumptio usurpationis, quando Communitas, seu Universitas possidet Jus patronatus simul cum persona non suspecta; Rota *in Lauden. Juris patronatus* 28. *Junii* 1630. *coram Pirovano*, Barbosa *in Conc. Trid. loc. cit. num.* 54. *& cit. allegat.* 72. *num.* 64. *& cit.*
19 *cap.* 12. *num.* 148. Item cessat præsumptio usurpationis Jurispatronatus, si sit mixtum septem Officialium Laicorum nomine Universitatis laicalis, & trium Ecclesiasticorum privato nomine præsentantium, ratione mixturæ, & favore ecclesiæ; Barbosa *in Conc. Trid. loc. cit. num.* 52. Sellius *in select. canonic. cap.* 27. *num.* 4. ubi referunt decisum *in Pampilonen.* 8. *Augusti* 1620.
20 Item cessat præsumptio usurpationis in Jurepatronatus competente Collegio Juristarum, Rota *part.* 9. *recent. tom.* 2. *dec.* 32. *num.* 12. *part.* 12. *decis.* 176. *n.* 4. Item
21 cessat præsumptio usurpationis in ecclesia, seu monasterio; Rota *part.* 10. *recent. decis.* 321. *num.* 10. Etiamsi ecclesia sit domina castri, aut Jurisdictionis temporalis; Ipsa enim est justitiæ cultrix; Rota *part.* 5. *dec.* 401. *num.* 7. *& seq.* ubi refert alias decisiones, Barbosa *cit. alleg.* 72. *sub num.* 64. *& cit. cap.* 12. *num.* 52. ubi refert
22 alias Rotæ decisiones. Item usurpatio Jurispatronatus non præsumitur in Abbate jurisdictionem temporalem habente: Sacra Congregatio Concilii *in Sublacensi Jurispatronatus* 12. *Sept.* 1621. Rota *cit. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 401. *num.* 10. Barbosa *cit. allegat.* 72. *n.* 64. *& cit. cap.* 12. *n.* 153. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *n.* 45. *& in Summa Apost. verb.* Usurpatio Jurispatronatus *num.* 4. ubi citat Rotæ decisionem.

23 Personæ privatæ, & non suspectæ de usurpatione Jurispatronatus sunt patroni illi, qui non sunt domini temporales loci, ubi fundatum est juspatronatus; Rota *in Papien. Jurispatronatus* 17. *Februarii* 1611. *coram Manzanedo*, Barbosa *de offic. & potest. Episcop. cit. allegat.* 72. *num.* 66. *& in Concil. Trid. cit. sess.* 25.
24 *cap.* 5. *num.* 45. Unde Juspatronatus talium personarum privatarum non admittit præsumptionem usurpationis. Rota *in Tuden. Parochialis* 7. *Nov.* 1611. *coram Ubaldo*, *& part.* 12. *recent. decision.* 90. *num.* 1. Barbosa
25 *cit. alleg.* 76. *num.* 62. Hinc ad probandum tale juspatronatus personarum privatarum non requiritur rigor à Concilio Trident. præscriptus *in cit. sess.* 25. *de reform. cap.* 9. sed pertinentia talis jurispatronatus satis probatur ex probationibus sufficientibus de jure communi. Rota *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 275. *n.* 1. & Doctores
26 communiter. Item rigor Concilii Tridentini in probando jurepatronatus non requiritur, si agatur non contra ecclesiam, seu libertatem beneficii, sed solum inter ipsosmet Patronos; Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 18. *num.* 59. Piasec. *in praxi nova Episc. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 7. *vers.* Non tamen:: Barbosa *lib.* 3. *Juris ecclesiastici univers. cap.* 12. *num.* 149. *& part.* 3. *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 72. *num.* 67. ubi adducit decisiones Rotæ.

27 Juspatronatus in personis potentibus, seu aliàs de usurpatione suspectis debet probari ex vero titulo fundationis, vel dotationis, quæ ex authentico documento ostendatur, vel ex immemoriali cum præsentationibus continuatis spatio quinquaginta annorum, quæ omnes effectum sortitæ sint, & authenticis scripturis probentur, & aliter facta probatio non suffragatur; Sac. Congreg. Concil. apud Rotam *in Sorana Jurispatr.* 28. *Aprilis* 1603. *coram Card. Pamphil. senior.* & sæpius Rota recent. & signanter *part.* 1. *decis.* 481. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 275. *num.* 2. *&* 3. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 290. *num.* 16. *part.* 10. *decis.* 367. *num.* 2. *part* 19. *tom.* 2. *decis.* 539. *n.* 4. & clare Concil. Tridentinum *sess.* 25.
28 *de reformat. cap.* 9. Jurispatronatus fundatio, & dotatio, ubi est probanda in personis suspectis de usurpatione, tunc Concilium Tridentinum *dict. cap.* 9. requirens authenticum instrumentum intelligitur per authenticas scripturas tantum, & non sufficiunt testes, præsumptiones, & probationes à Jure; Sacra Congregatio Concil. *in Panormitana* 19. *Febr.* 1633. teste Bonsadin. apud Barbosam *in Summa Apostolicar. decisionum, verb.* Juspatronatus *num.* 11. Unde Juspatronatus in personis potentibus, & suspectis de usurpatione non probatur ex enunciativis antiquis cum quasi possesione præsentandi, quia observanda est forma tradita à Concilio Tridentino *dict. cap.* 9. & æquipollens non sufficit; Sacra Congreg. Concilii, teste Rota *in Facen. Parochialis* 27. *Junii* 1603. *coram Cardin. Pamphilio senior.* & sic tenuit sæpius Rota recent. & signanter *part.* 4. *t.* 2. *decis.* 27. *num.* 16. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 197. *num.* 62. *&* 63. *part.* 16. *decis.* 182. *num.* 12. 29

Scriptura authentica ad probandum Juspatronatus 30
censetur Bulla Episcopi, seu consensus in scripto datus ad fundandum, construendum, seu dotandum; Vivian. *in praxi Jurispatronatus part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 12. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. Barbosa *lib.* 3. *Juris eccles. univers. cap.* 12. *num.* 118. *& in Tridentin. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 62. *& part.* 3. *de Offic. & potest. Episcop. allegat.* 72. *num.* 24. cum aliis ibi citatis. Scriptura, ut dicatur authentica, debet con- 31
tinere omnia requisita à Jure, tam in confectione, quam in extractione; Aloysius Riccius *in praxi rerum fori eccles. resol.* 126. *in* 2. *edit.* Garzias *de Benefic. part.* 5. *c.* 9. *num.* 8. Barbosa *citat. cap.* 12. *num.* 119. *& citat. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 62. *& citat. alleg.* 72. *num.* 27. Instrumentum regulariter, ut dicatur authenticum, non 32
solum debet confici cum debitis requisitis ex dispositione Juris communis, sed etiam intervenire debent solemnitates Juris municipalis; Barbosa *cit. cap.* 12. *Juris eccles. univ. num.* 119. cum Riccio *ibi cit.* & aliis. Scrip- 33
turæ authenticæ ad probandum Juspatronatus personæ suspectæ de usurpatione censentur ipsæ testium attestationes in antiqua acta redactæ, & in archivio publico repertæ; Rota *dec.* 542. *&* 580. *part.* 4. *divers.* Menoch. *consil.* 336. *num.* 23. Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.* 10. *num.* 210. Vivian. *cit. cap.* 5. *num.* 18. Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 121. *& cit. alleg.* 72. *num.* 26. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 63. cum aliis ibi citatis.

Non sufficiunt tamen testium attestationes etiam in 34
instrumenta, & in scripturas authenticas redactæ, si non fuerint confectæ in actu ipso præsentationis, & cadant super ipsis præsentationibus primario, & directe, quia aliàs redderetur elusoria dispositio Concilii, quæ rejicit testes, nam sequeretur semper posse admitti probationes factas per testes, quoties redigerentur in instrumenta, & in scripturas authenticas, quia hæc etiam posset dici probatio per scripturas authenticas; Rota *in Terracinensi Jurispatronatus* 10. *Aprilis* 1628. *coram Merlino*, Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 124. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *n.* 65. & alii. Nec etiam ad authenticam probationem jurispa- 35
tronatus sufficeret, si prætendatur authenticas scripturas deperditas fuisse, illas probare per testes juxta formam *capitis* Cum olim 12. *de privilegiis*; Rota *in Calaguritana Jurispatronatus de Viana* 2. *Decembris* 1624. *coram Remboldo*, Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 18. *num.* 92. Parisius *de Confid. q.* 28. *num.* 258. Riccius *in praxi fori Eccles. res.* 136. *& in tract. de noviss. probat. jurispatronatus res.* 119. *&* 121. Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 12. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 66. (Quidquid sit circa juris patronatus probationem, nulla dubitatio occurrit, si majoratus, vinculationis, patronatus, aut anniversarii probatio fundationis intenditur, nam per testes possunt dicta instrumenta probari: *leg.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop. Cast.* 41. Tauri *cum leg.* 14. *ejusd. tit. & lib.*)

Præsentationes per authenticas scripturas probandæ 36
debent esse continuatæ, ut expresse statuit ipsummet Concilium *l. c.* ibi: *Etiam continuatæ*, ut scilicet una sequatur aliam: Parisius *de Confident. quæst.* 28. *num.* 255. Riccius *in praxi for. Eccles. resp.* 133. *vers. Amplia secundo, & in tract. de novitt. probat. Juspatronat. resolut.* 113. *num.* 4. Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 112. *& cit. allegat.* 72. *num.* 55. *& cit. sess.* 25. *num.* 56. Non est 37
tamen necessaria probatio continuati temporis in præsentando, si probetur extrema, cum tunc mediæ præsumantur, Rota *in Florentina Capellæ* 30. *Maii* 1616. *cor. Piovano*, *& in Januensi Abbatiæ* 13. *Junii* 1625. *coram Buratto*, & supracitati Doctores. Et debent probari continuatæ saltem per spatium quinquaginta anno- 38
39 rum textu expresso in ipso Concilio *l. c.* ibi: *Non minori saltem quam quinquaginta annorum spatio.* Et prædicti quinquaginta anni sumunt initium ab illo die, quo apparet factam fuisse primam præsentationem, & antiquiorem productam in actis cum subsequenti institutione, iique numerari debent usque ad diem litis postremo motæ, in qua controvertitur, an sit, & constet esse de Jurepatronatus? Campanil. *in diversorio juris canonici rubr.* 11. *c.* 13. *num.* 426. Barbosa *cit. allegat.* 72. *num.* 59. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 57. ubi id resol-
40 vunt ex Rotæ decisione. Nec sufficiunt præsentationes continuatæ, nisi etiam sint effectum sortitæ, textu expresso in ipso Concilio *l. c.* ibi: *Quæ omnes effectum sortitæ sint.* Dicuntur autem effectum sortitæ, si sint confirmatæ præsentationes; Riccius *in tractat. de novis. probat. jurispatr. resolut.* 115. *&* 116. Parisius *loc. cit. quæst.* 28. *num.* 256. Barbosa *cit. allegat.* 72. *num.* 56. *& cit. cap.* 12. *num.* 14. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 58.
41 & alii. Nec sufficit unica præsentatio, licet fuerit effectuata spatio 50. annorum, & ultra, quia Concilium Tridentinum non contentatur unica præsentatione, cum requirat plures, easque effectuatas, ut dicit Rota *decis.* 457. *sub num.* 1. *vers. Hic autem part.* 4. *divers. & in Sorana jurispatronatus* 28. *Aprilis* 1693. *coram Cardinal. Pamphilio senior.* Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 116. *& cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 60. Ferenti. *in annotat. ad*
42 *Burratt. decis.* 139. *num.* 12. & alii. Dicta exactior, & plenior probatio Jurispatronatus in personis de usurpatione suspectis statuta à Concilio Tridentino *dict. sect.* 25. *cap.* 9. *de reform.* requiritur tam in petitorio, quam in possessorio, ut declaravit Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres, teste Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 19. *num.* 33. apud Rotam *part.* 5. *recent. tom.* 1. *decis.* 197. *num.* 41. & tenuit ipsa Rota sæpe sæpius, & signanter in Reatinen. *Jurispatronatus* 28. *Octobris coram Robusterio*, *in Vallentina capellaniæ* 28. *Aprilis* 1595. *coram Cardinal. Blanchetto*, in Auximana *Jurispatronatus* 28. *Maii* 1595. *coram Merlino*, in Calaguritana *Jurispatronatus de Viana* 15. *Martii* 1599. *coram Penia*, in Romana *Parochialis de Publicolis* 31. *Januarii* 1600. *coram Episcopo Pacen.* in Bononiensi *Parochialis de Gadeo* 17. *Junii* 1615. *coram Andrea*, quas omnes decisiones una cum aliis refert ipsa Rota *dict. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 177. *num.* 41. Unde non sufficit docere de quasi possessione præsentandi, ad effectum manutentionis, Gonzal. *dict. gloss.* 18. *num.* 23. *vers. Ubi etiam*; Riccius *in dict. tractatu de noviss. probat. Jurispatronat. resolut.* 84. Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 109. quia Concilium *dict. cap.* 9. sustulit omnem possessionem; Seraphin. *dec.* 1395. *n.* 4. *vers.* Neque obstat, *& num.* 5. *vers.* Et ex eo:: Barbosa *loc. mox cit.* Rota *cit. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 197. *num.* 42. *& part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 8. *num.* 7.

43 Juspatronatus in personis privatis, non suspectis de usurpatione non requirit tam exactam, & plenam probationem, sicuti in personis potentibus, & de usurpatione suspectis, ut clare patet ex ipsommet Concilio *dict. sess.* 25. *cap.* 9. In illis enim Concilium nihil ibi alteravit, & innovavit, adeoque probatio talis Jurispatronatus remanet adhuc sub dispositione Juris communis, ut sæpe sæpius dixit Rota, & signanter *decis.* 798. *num.* 4. *part.* 1. *divers. & decis.* 331. *prope finem part.* 2. *etiam divers. & decis.* 360. *n.* 2. *& dec.* 374. *n.* 1. *part.* 2. *recent. & coram Cavalerio decis.* 156. *num.* 1. *coram Coccino decis.* 25. *& in Florentina Capellæ* 30. *Maii* 1616. *coram Pirovano*, *& in Bergomensi Capellaniæ* 18. *Maii* 1629. *coram Merlino*, quas omnes citat, & sequitur Barbosa *cit. cap.* 12. *Juris Eccles. univers. num.* 102. adducendo etiam varios alios Doctores.

44 Hinc in ipsis personis privatis Juspatronatus probatur variis modis. Et primo probatur ex præsentationibus per quadraginta annos effectum sortitis, dummodo cum hujusmodi quadragenaria possessione concurrat publica vox, & fama, vel aliæ præsumptiones, quæ habent vim famæ; Rota *part.* 1. *decis.* 312. *num.* 3. *part.* 2. *dec.* 360. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 332. *num.* 1. *&* 2. *part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 290. *num.* 4. *part.* 10. *decis.* 321. *num.* 13. *part.* 12. *dec.* 224. *num.* 3. *part.* 15. *decis.* 148. *num.* 7. *part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 576. *num.* 9. 10. *&* 26. *part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 630. *num.* 1. 2. *&* 3. & sæpe alibi, Cassad. *dec.* 3. *num.* 4. *cum seq. de probat.* Barbosa *cit. c.* 12. *num.* 85. *& cit. sess.* 25. *c.* 8. *num.* 1. cum pluribus ibi citatis. Et dicta quadragenaria potest com- 45
pleri etiam in unico præsentato, si talis supervixerit, & fuerit in possessione per 40 annos, nec unquam evenerit casus novæ præsentationis; Rota *part.* 18. *tom.* 1. *dec.* 315. *num.* 2. *&* 3. Achill. *decis.* 5. *num.* 1. *de Jurepatronat.* Cardinal. *consil.* 62. *num.* 8. Federic. de Sessis *consil.* 934. *n.* 4. *in princ. vers.* Ad id, quod quæritur:: Barbosa *in Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *num.* 22. ubi citat Rotam *in Bergomensi capellaniæ* 18. *Maii* 1629. *coram Merlino.*

Secundo probatur Juspatronatus per enunciativas 46
centum annos, & hominum memoriam excedentes; Rota *part.* 19. *recent. tom.* 2. *decis.* 539. *num.* 12. & sæpe alibi. Et ad hunc effectum valde deserviunt enunciativæ Ordinariorum; Rota *part.* 13. *dec.* 291. *num.* 5. Cum enim Ordinarii præsumantur scire qualitates beneficiorum, & soleant esse difficiles in canonizando Juspatronatus, & in admittendis præsentationibus in præjudicium libertatis ecclesiæ; ideo plurimum attenduntur enuntiativæ ab illis emanatæ; *Rota part.* 8. *decis.* 221. *num.* 3. Barbosa *cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 24. *et cit. allegat.* 71. *num.* 40. *et* 41. *et cit. cap.* 12. *n.* 87. ubi citat plures Doctores, & Rotæ decisiones.

Hinc tamen advertendum venit, quod enunciativæ 47
debent esse ad minus duæ, quia regulariter una non probat, quamvis sit antiqua; Rota *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 276. *num.* 2. *part.* 12. *decis.* 341. *num.* 17. Barbosa *locis cit.* ubi adducit alias Rotæ decisiones. Insuper enunciativæ debent provenire à diversis personis, & à diverso fonte, quia si provenirent ab eadem persona, licet plures, pro unica tantum haberentur; Baltramin. ad Gregor. XV. *decis.* 407. *num.* 6. Caputaq. *decis.* 337. *num.* 6. *part.* 3. Barbosa *locis citatis*, ubi adducit varias Rotæ decisiones. Et tales enunciativæ debent esse plurium instrumentorum à diversis Notariis confectorum, & requiritur, quod non emanaverint à personis suspectis, & interesse habentibus, ut statuit Rota relata, & secuta à Barbosa *cit. c.* 12. *num.* 90. *et seq. et cit. sess.* 25. *c.* 9. *num* 25. & passim ab aliis.

Tertio, probatur Juspatronatus ex sententia anti- 48
qua Episcopi, qua judicavit ad præsentationem alicujus patroni beneficium pertinere. Rota *recent. part.* 1. *decis.* 413. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *decis.* 276. *num.* 1. *part.* 9. *tom.* 1. *decis.* 25. *num.* 9. Etiamsi sententia lata 49
fuerit in alio Judicio ab Ordinario. Rota *part.* 3. *dec.* 172. *num.* 2. In cujus præjudicium, ejusque successorum ex 50
illa probatur existentia, & natura Jurispatronatus. Rota *part.* 1. *decis.* 482. *num.* 5. Dummodo tamen sententia 51
transitum fecerit in judicatum. Rota *part.* 9. *tom.* 1. *decis.* 23. *num.* 12. *part.* 10. *dec.* 169. *num.* 11. *part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 720. *num.* 9. Immo sententia antiqua Juris- 52
patronatus, seu lata super eo tamquam super statu beneficii, & obtenta ab interesse habentibus, ac in judicium transacta, facit Jus quoad omnes. Rota *part.* 3. *decis.* 321. *num.* 4. *et* 5. *part.* 17. *decis.* 149. *num.* 11. Et facit Jus quoad omnes etiam non citatos. Rota 53
part. 17. *decis.* 333. *num.* 5. Quidquid sit in casu, quo constet admississe verum patronum, eumque non fuisse vocatum. Rota *ib. num.* 6. Prout facit Jus quoad alios postea præsentatos. Rota *part.* 18. *dec.* 143. *num.* 4. Sententia autem censetur antiqua, si lata sit ultra 40. an- 54
nos ante motam litem. Rota *recent. part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 348. *num.* 8. & concordant Doctores passim cum Barbosa, *cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 29. *et cit. cap.* 12. *num.* 96. *et seq.*

Quarto, probatur Juspatronatus ex literis institu- 55
tionalibus Antistitum, quibus attestantur beneficium ad præsentationem alicujus Patroni pertinere; Per assertionem enim, & confessionem Ordinarii in institutione emissam habetur sufficiens probatio jurispatronatus. Rota *recent. part.* 3. *decis.* 753. *num.* 5. *part.* 15. *de-*

decis. 296. *num.* 3. sæpe alibi: & concordant Doctores cum Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 98. & *cit. sess.* 25. *c.* 9.
56 *num.* 30. Ita ut assertiones Ordinariorum justificent, quod beneficia in ecclesia sint de Jurepatronatus alicujus. Rota *part.* 14. *dec.* 444. *num.* 17. quibus plurimum deferendum venit. Rota *part.* 24. *decis.* 409. *num.* 14. Prout ei multum deferri solet propter eorum præjudi-
57 cium. Rota *part.* 2. *decis.* 694. *num.* 4. Item probatur
58 ex libris episcopatus, in quibus beneficium est descriptum de Jurepatronatus. Rota *part.* 3. *decis.* 172. *n.* 7. Item probatur ex antiquis Episcoporum visitationibus. Rota *part.* 3. *decis.* 162. *num.* 6. Et sic Visitationes eorumdem probant pertinentiam Jurispatronatus. Rota *part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 536. *num.* 16. Quamvis dictæ visitationes non fuerint factæ ab ipso ordinario, sed à Visitatoribus per eum deputatis, præsertim si ex aliis sint adminiculatæ, Rota *ibid. num.* 17. In visitationibus enim sumuntur informationes à testibus asserentibus beneficium esse Jurispatronatus. Rota *part.* 2. *dec.* 360. *num.* 11.

59 Quinto, probatur Juspatronatus ex provisionibus, & literis Apostolicis. Rota *part.* 11. *dec.* 203. *num.* 2. *part.* 12. *decis.* 124. *num.* 7. & sæpe alibi. Eoque fortius probat, si Papa disponat ex certa scientia quod beneficia sint Jurispatronatus; quia tunc dispositio præjudicat libertati ecclesiæ. Rota *part.* 7. *tom.* 1. *decis.* 197.
60 *num.* 84. Hinc Juspatronatus probari dicitur ex provisionibus à Pontifice factis tamquam de Jurepatronatus.
61 Rota *p.* 12. *dec.* 224. *n.* 7. Et eo magis ex multiplicatis provisionibus Apostolicis cum derogatione Jurispatrona-
62 tus. Rota *part.* 12. *dec.* 161. *n.* 2. Immo etiam probatur ex provisione Apostolica quomodocumque habente clausulam derogatoriam. Rota *part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 121. *num.* 18. *et* 19. quia ex ea saltem constat noluisse Papam immutare statum Beneficii. Rota *ibid. num.* 19. Ad quem effectum sufficit, quod literæ Apostolicæ contineant simplicem eunnciativam Beneficium esse de Jurepatronatus. Rota *part.* 10. *decis* 321. *sub num.* 14. Neque enim excluditur, sed potius confirmatur Juspatronatus ex provisione Apostolica facta cum reservatione, vel derogatione illius etiam pro una vice tantum. Rota *part.* 1. *decis.* 63. *num.* 3. *et decis.* 321. *part.* 11. *decis.* 254. *num.* 1. *part.* 14. *decis.* 509. *n.* 39.
63 Et eo fortius Juspatronatus probatur ex provisione Pontificis pro executione Ordinario commissa, & ab eo postmodum executa. Rota *part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 290. *num.* 9. *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 136. *num.* 3.

64 Sexto, probatur Juspatronatus ex consensibus patronorum reservatis, & præstitis in pluribus provisionibus. Rota *part.* 4. *tom.* 1. *decis.* 197. *num.* 2. Consensus enim ut supra præstitus æquipollet præsentationi. Rota *part.* 14. *dec.* 509. *num.* 29. Et sic beneficium probatur per consensum à patronis præstitum resignationi. Rota *par.* 7. *dec.* 221. *num.* 5. *part.* 12. *dec.* 148.
65 *num.* 18. & 19. Ex quo quidem consensu acquiritur
66 quasi possessio præsentandi. Rota *ibid. num.* 20. *part.* 2. *dec.* 158. *num.* 14. Et hæc quasi possessio competit etiam successoribus. Rota *part.* 12. *dec.* 148. *num.* 21. Ita ut ex pluribus præsentationibus hoc modo factis resultet probatio Jurispatronatus. Rota *part.* 2. *dec.* 154. *n.* 5.

67 Septimo, probatur Juspatronatus ex confessione partis, Rota *part.* 9. *tom.* 1. *dec.* 5. *num.* 1. Puta si confessio partis adversæ emissa fuerit in supplicatione. Rota *part.* 3. *dec.* 172. *num.* 1. eoque magis probat confessio partis adversæ, si fuerit geminata. Rota *part.* 7.
68 *dec.* 221. *num.* 1. Unde non solum probatur ex confessione contra confitentem, sed etiam contra habentem
69 ex eo causam. Rota *part.* 11. *dec.* 73. *num.* 33. Sic etiam probatur ex confessione utriusque partis per plures enunciativas adminiculata. Rota *part.* 19. *t.* 2. *dec.* 662. *num.* 4. Ita ut Juspatronatus ex fundatione, & dotatione probatum satis dicatur per confessionem utriusque partis adminiculatam. Rota *part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 542. *num.* 1. & 2. Cum hac tamen declaratione, quod hoc tantum procedit, quoties Ordinarius non est in causa. Rota *part.* 2. *dec.* 274. *num.* 1. *part.* 11. *dec.* 73. *n.* 4. *part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 697. *num.* 2. *part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 662. *num.* 4. Etiamsi confessio emanaverit inter collitigantes, quæ quidem probat in præjudicium confitentis, & quando iis est cum Ordinario Rota *part.* 13. 70
dec. 529. *num.* 2. *part.* 3. *dec.* 291. *num.* 4. *part.* 19. *dec.* 30. *num.* 2. & 3. Nullatenus vero probat in præjudicium ecclesiæ. Rota *part.* 6. *dec.* 289. *num.* 21. & sæpe alibi.

Octavo, probatur Juspatronatus ex fama, seu publica voce. Rota *part.* 4. *tom.* 3. *dec.* 530. *n.* 6. *part.* 18. 71
tom. 1. *decision.* 146. *num.* 6. Hoc tamen debet intelligi de fama antiqua juncta longissima possessione, seu quasi præsentandi pluribus præsentationibus continuata. Rota *ib. num.* 7. & *part.* 1. *dec.* 195. *num.* 1. & *part.* 2. *dec.* 154. *num.* 3. & 4. Et ad hoc, ut sufficiat fama in antiquis, debet esse cum præsentationibus 72
effectuatis saltem per 40. annos. Rota *part.* 16. *dec.* 299. *num.* 11. & *seq.* Fama autem probatur ex pluribus 73
enunciativis. Rota *part.* 1. *dec.* 148. *num.* 2. *part.* 9. *tom.* 2. *dec.* 321. *num.* 35. Ad quem effectum requiruntur 74
plures enunciativæ supra 100. annos. Rota *part.* 9. *tom.* 2. *dec.* 321. *num.* 36. & 37. Insuper Juspatro- 75
natus antiquum, in quo sufficiunt probationes per indicia, & conjecturas probatur per testes de fama, & communi reputatione deponentes. Rota *part.* 2. *dec.* 694. *num.* 6. & 7. Hoc tamen est intelligendum juncta quasi possessione præsentandi per 40. annos. Rota *part.* 2. 76
dec. 77. *num.* 2. & 3. & *dec.* 518. *num.* 1. *part.* 3. *dec.* 172. *num.* 6. *part.* 9. *tom.* 2. *dec.* 329. *num.* 7. Nec enim probatur ex testibus de sola publica voce, 77
& fama deponentibus, nisi adsit quasi possessio. Rota *part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 781. *num.* 4. Testes vero ad effectum probandi in antiquis deponere debent de publica voce, & fama, quod quis pro vero patrono semper habitus fuerit. Rota *part.* 9. *tom.* 1. *dec.* 249. *num.* 3. Unde deponere debent de visu per annos 40. & de auditu à majoribus, qui pariter ab aliis audiverunt. Rota *part.* 1. *dec.* 154. *num.* 6. *part.* 16. *dec.* 101. *num.* 13.

Nono probatur Juspatronatus ex inscriptionibus marmoreis, vel aliter antiquitus insculptis in ecclesia, ubi 78
adest Juspatronatus; Rota *part.* 2. *dec.* 374. *num.* 7. *part.* 3. *dec.* 462. *num.* 4. *part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 503. *num.* 1. *et* 2. Barbosa *cit. cap.* 12. *Juris eccles. univers.* *num.* 65. *et cit. alleg.* 72. *num.* 50. & *cit. sess.* 25. *c.* 9. *num.* 28. ubi citat plures Rotæ decisiones multosque Doctores.

Decimo, probatur Juspatronatus ex appositione armorum, & insignium, sculptorum, & depictorum in 79
ecclesia; Rota *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 471. *n.* 12. *part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 503. *num.* 3. 4. & 5. Et maxime ex insigniis ejusdem familiæ sculptis in Ecclesia ab antiquissimo tempore; Rota *part.* 1. *dec.* 518. *num.* 5. Eoque magis insignia probant, quando fuerint posita in limine fundationis; Rota *part.* 16. *dec.* 299. *num.* 7. Vel quando appotita fuerunt de mandato Judicis, quo casu bene probant quasi possessionem Jurispatronatus; Rota *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 471. *num.* 11. Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 39. *cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 20. ubi citat varios Doctores, & Rotæ decisiones: Immo Rota *part.* 1. 80
dec. 13. *num.* 3. vult ad hoc sufficere insignia prædicta, quamvis non appareant valde antiqua, quia præsumuntur per patronos apposita ad conservationem Juris, sed hoc intellige junctis aliis adminiculis, ut explicat Rota *ibid. num.* 3. & *seq.* Et eo fortius probatur tale jus- 81
patronatus ex denominatione capellæ talis familiæ, cujus sunt insignia; Rota *part.* 2. *dec.* 694. *num.* 6. Barbosa *cit. cap.* 12. *num.* 95. & *cit. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 27. & alii ibi citati.

☞ De probatione Jurispatronatus personarum 82
Potentum plura, eaque utilia habet *Auctor*, sed vide nihilominus Rot. *in Prænestina Rectoriæ S. Laurentii* 4. *Decembris* 1733. *coram bonæ memoriæ Perali.* & *in Urbevetana Jurispatronatus* 21. *Aprilis* 1749. *cor. bon. mem. de Vais.*

Quoad vero probationem Jurispatronatus personarum privatarum, interest scire, utrum illud probetur 83
ad omnes effectus, an ad effectus tantummodo honorificos. Mitius enim proceditur posteriori hoc casu quam 84
prio-

priori illo casu, ac propterea quæ posteriori casu sufficiunt probationes, eæ nullam vim habent priori casu.

Sic *enuntiativæ*, *insignia gentilitia*, *onus ornandi*, & *manutenendi capellam*, & alia id genus probant utique juspatronatus ad effectos honorificos dumtaxat, non item ad omnes effectus; Rota *in Neapolitana Capellæ*, & *Sepulcris super bono Jure* 17. *Jan.* 1724. *coram clariss. mem. Calcagnin.* & *in Nepesina Juris patronatus Capellæ* 10. *Dec.* 1725. *coram bonæ memoriæ Gamache.*

85 Hac igitur cum distinctione intelligi debet *Auctor* dum ait, probari juspatronatus enuntiativis, insignibus &c. ☞

ARTICULUS IV.

Juspatronatus quoad ea, quæ concernunt Patronos, eorumque jura, & onera.

SUMMARIUM.

1 PATRONI *qui dicantur*: *esse qui possunt*: *quid si fuerint puberes*, *seu impuberes*: *qua forma in juspatronatus succeditur*, ad num. 19.

20 *A præsentatis an aliquid exigi possit*: *sic facta præsentatione an sit simoniaca*: *quæ tempora ad præsentandum*: *à quo possit tempus prorogari*; *quando incipit currere*: *quis patronus variare præsentationem valeat*, & *utrum lite pendente admittatur variatio*, ad num. 54.

55 *Rationes signantur ob quas variatio sustineatur*: *jura*, *quæ patrono competunt*, *referuntur*: *Episcopus præcisse præsentato debet beneficium conferre*: *Summus Pontifex*, *si velit de queiscumque beneficiis potest disponere*, ad num. 65.

66 *Ni exprimat*, *non derogat juri patronatus laicorum*: *secus de ecclesiasticorum*, & *quando*: *quid in Legato ejus*: *patronus laicum nominare valebit*: *sub conditione quod ordinetur prima tonsura intra tempus ad præsentandum statutum*, *quam habeat subsistentiam*, ad num. 73.

74 *An sit præsentandus à fundatore nominatus*: *quid si renuat patronus*: *se ipsum iste nequit præsentare*: *quid obtineat in ejus filio*: *quid si plures sint patroni*: *quis præsentandus*: *quod discrimen inter patronum ecclesiasticum*, & *laicum*: *quæ patrono competant honoris ratione*, ad num. 132.

133 *Alia ad rem remissive*, & *Auctoris supplementa*, ad num. 137.

138 *Duplex additio ex aliena manu inseritur*, ad n. 168.

1 PATRONI quoad propositum dicuntur, & sunt qui habent Jus, seu potestatem à sacris canonibus concessam præsentandi aliquem ad ecclesiam, vel ecclesiasticum be-
2 neficium; *Sic in re Communis*. Patroni possunt esse, non solum Clerici, sed etiam Laici; *c.* Decernimus 32. *c.* 16. *quæst.* 7. & *c.* Quoniam 3. & *c.* Cum autem 24. *de Jure patronatus*, ibi: *Si Laicus fuerit, cui jus competit præsentandi.* Et est communissima, & patens quotidiana experientia; Quamvis enim Laici jurium spiritualium (inter quæ est Juspatronatus *ex cap.* de Jure 16. *de Jure patronatus*) non sint capaces; *c.* Decernimus 2. *De judiciis*, *cap.* Tua nos 25. *de decimis*, cum similibus; tamen hujus Juris patronatus, quod non est quid pure spirituale, sed tantum spirituali annexum, ut dicitur *in cit. cap.* de Jure 16. *de Jure patronatus*, ibi: *Juspatronatus*, *quod est spirituali annexum*, sunt redditi capaces ex speciali gratia, & permissione, ac tolerantia Ecclesiæ, ut dicitur *in cit. c.* Quoniam 3. *De Jure patronatus*, ibi: *In qua eos Ecclesia hucusque sustinuit.* & jam concesserat *in c.* Decernimus 32. *caus.* 16. *quæst* 7. ut inde Laici magis allicerentur ad fundandas, & dotandas Ecclesias, & ad erigenda beneficia ecclesiastica, ut recte advertit Hugo *in c.* Piæ mentis 26. *caus.* 16. *quæst.* 7. Goffred. *in c.* Sacrosancta, De election. Glossa *in Clement. fin. post. med. vers.* Et fuit forte motivum, *de rescriptis*, Fagnan. *in cit. c.* Quoniam 3. *de Jure patr. num.* 6. Abbas *ibid. num.* 2. & alii passim.

Patroni esse possunt non solum mares, sed etiam fœ- 3
minæ; *arg. c.* Cum Dilecta 16. *De concession. præbend.* & *cap.* Ex literis 7. *De Jure patronatus*, & docet Communis Doctorum, & praxis universalis.

Patroni esse possunt non solum puberes, sed etiam 4
impuberes; *arg. cap.* Piæ mentis 26. *cap.* Frigentius 27. *cap.* Quicumque 30. *cap.* Filiis 31. *cap.* Decernimus 32. & *cap.* Monasterium 33. *caus* 16. *quæst.* 7. ubi cuivis fideli fundanti, ædificanti, vel dotanti ecclesiam, & hæredibus ejus conceditur *Juspatronatus*, nec *ibidem*, nec *alibi* excipiuntur impuberes, & sic tenent Doctores communiter. Est tamen hic advertendum, quod quamvis im- 5
puberes ante septennium possint acquirere Jus patronatus, & esse patroni, defectu tamen usus rationis nequeunt pro tali tempore præsentare, sed nomine ipsorum debent præsentare Tutores; Garzias *de beneficiis part.* 5. *cap.* 9. *num.* 193. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *quæst.* 14. Pirhing. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 38. *num.* 18. Reiffenstuel *ibid.* 6
num. 38. Lambertinus, & alii. Si autem impuberes sint majores septennio, possunt ipsi præsentare etiam sine Tutorum suorum auctoritate, quia impuberes septennio majores, præsumuntur habere usum rationis. Unde sicuti eo tempore valide contrahunt sponsalia, ita etiam valide præsentant; Rota *dec.* 6. *de jure patronat. in antiq.* Pirhing. *loc. cit. num.* 18. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 38. Garzias *l. cit. num.* 186. & *seq.* Castrop. *part.* 2. *tract.* 3. *disput.* 2. *num.* 40. Azorius *loc. cit.* Rebuff. *de nomination. quæst.* 17. *num.* 40. & alii communiter: qui tamen omnes docent valde decens, & æquum esse, ut impuberes præsentent auctoritate, & assensu Tutorum suorum. Hinc quamvis 7
Tutores absolute præsentare possint, etiamsi pupilli impuberes sint majores septennio, eo quod Tutores habeant potestatem, nedum in persona, sed etiam in bona pupillorum; *arg. cap.* Si annum 3. *de judiciis in* 6. Tamen si tales pupilli ante Institutionem contradicant, & alios præsentent idoneos, isti sunt præferendi præsentatis à Tutoribus etiam dignioribus, quia cum tales pupilli sint præditi usu rationis, & sint patroni Juris patronatus, ad illos pertinet præsentatio; *arg. cap.* Decernimus 32. *c.* 16. *quæst.* 7. Sic Doctores *numero antecedenti citati*, & teste Garcia *loc. cit. num.* 186. alii communiter.

Si autem patroni sint puberes, quamvis minores 25. 8
annis, tunc non possunt præsentare Curatores, & si absque mandato, aut expresso consensu præsentent, eorum præsentatio est invalida, quia Curatores non dantur minoribus quoad Ecclesiastica, & spiritualia, & ipsi minores, seu puberes, vel majores quatuordecim annis *in beneficialibus* & *aliis cautis spiritualibus*, & *dependentibus ab eisdem* nullatenus dependent à Curatoribus, textu expresso *in cit. c.* Si annum quartumdecimum 3. *de judiciis in* 6. Garzias *loc. cit. num.* 195. & 196. Pirhing. *loc. cit. sub num.* 18. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 41. Castrop. *loc. citat. num.* 21. & alii passim.

Sic etiam, si filiusfamilias sit patronus, præsentatio 9
spectat ad ipsum, & non ad patrem, quia in spiritualibus, & quasi spiritualibus seu dependentibus ab eisdem, non dependet filius à patre, nec illi subjicitur, textu claro *in cit. cap.* Si annum quartumdecimum 3. *de judiciis in* 6. Garzias *loc. cit. num.* 198. Pirhing. *l. c. num.* 18. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 41. & 42. & alii: Id tamen limitatur in 10
juspatronatus, quod competit filio ratione bonorum adventitiorum, quia, cum ususfructus talium bonorum spectet ad patrem, *ex leg.* Cum oportet, *Cod. de bonis*, *quæ liberis*, ad ipsum patrem spectare debet *juspatronatus* talibus bonis inseparabiliter annexum, Garcias *loc. c. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 205. Castrop. *loc. cit. num.* 22. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 42. & alii. Juspatronatus enim transit cum re in illum, qui eam cum dominio directo, vel saltem utile acquirit, ut *arg. cap.* Ex literis 7. *de jurepatronatus*; *A cap.* Cum Bertoldus 18. *De sententia*, & *re judicata*, tenent ex communi Fagnan. *in cit. cap.* Ex literis *n.* 15. Vide adducta supra *art.* 2. *num.* 16. & 91.

Patroni esse possunt non solum legitime nati, sed 11
etiam spurii, vel alii illegitimi; *arg. cap.* Piæ mentis 16.

Cap.

Cap. Frigentius 27. *Cap.* Quicumque 30. *Cap.* Filii 31. *Cap.* Decernimus 32. & *Cap.* Monasterium 33. *caus.* 16. *quæst.* 7. in quibus generatim cuicumque christiano fundanti, extruenti, vel dotanti ecclesiam, & hæredibus ejus conceditur juspatronatus, nec *ibi*, nec *alibi* excipiuntur illegitimi: tum quia, cum spurii, & illegitimi sint capaces hæreditatis, vel legati relicti ab extraneo, possunt una cum hæreditate, vel legato acquirere etiam Juspatronatus ei inseparabiliter annexum: uti pariter si spuriis, & illegitimis donetur, vel vendatur res aliqua, cui annexum sit inseparabiliter juspatronatus, ad ipsos transit etiam juspatronatus una cum re eis vendita, vel donata; quia juspatronatus transit cum rerum universitate, seu cum aliqua speciali re cum sit inseparabiliter annexum per jura, & fundamenta adducta supra *art.* 2. *num.* 6. 25. 39. 40. 47. 57. 62. & *seq.*

22 Patroni esse non possunt Judæi, Pagani, & Infideles, quamvis ecclesiam fundaverint, extruxerint, vel dotaverint, seu castrum, aut villam emerint, cui annexum sit juspatronatus, quia propter id jura citata numero antecedenti dicunt acquiri quidem juspatronatus, sed à solis christianis, & fidelibus. Unde *Judæi*, Pagani, & Infideles sunt omnino exclusi. Sic *Communis Doctorum* cum Fagnano *in cap.* Nobis 25. *de jurepatronatus numer.* 7. Abbat. *ibid. num.* 3. Joan. Andr. *ibid. num.* 3. Pirhing. *loc. cit. num.* 20. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 43. *arg. cit. juribus.*

23 Patroni esse non possunt neque hæretici, quia, cum hæretici sint extra ecclesiam, non potest eis competere Juspatronatus, quod est ecclesiasticum; *arg. Cap.* Didicimus 31. *caus.* 24. *quæst.* 1. Tunc quia omnia bona hæreticorum ipso jure sunt confiscata; *Cap.* Cum secundum 19. *de Hæreticis in* 6. adeoque etiam juspatronatus eis annexum, *Cap.* Accessorium 42. *de Regul. juris* in dicta

24 supra *art.* 2. *num.* 19. 20. 21. Excommunicati tolerati, & non vitandi possunt esse patroni. Potest enim Episcopus, consentire quod tales excommunicati fundent, ædificent, aut dotent ecclesiam, & sic Juspatronatus acquirant, quamvis exercitium, & usum ipsius nequeant habere ante absolutionem. Joan. Andr. *in Cap.* Nobis 25. *de jurepatronatus num.* 4. Pirhing. *loc. cit. num.* 21. Fagnanus *in cit. cap.* Nobis *num.* 12. & 13. ubi dicit, quod excommunicatus acquirit juspatronatus habitu tantum, sed non actu ante absolutionem, & citat plures alios; Tum quia excommunicati non amittunt juspatronatus, quod ante Excommunicationem habebant, sed privantur solum ipsius usu, & exercitio, donec fuerint absoluti, Pirhing *loc. cit. num.* 21. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *quæst.* 9. & alii passim.

25 Successio patronorum in jurepatronatus hæreditario, seu mixto fit in stirpes, & non in capita, unde plures hæredes unius patroni defuncti pro uno tantum simul patrono reputantur, & unam tantum vocem habent, Sic ad dirimendas contrarias Doctorum opiniones fuit expresse statutum *in Clem.* Plures 2. *De jurepatronatus.* Et sic hodie tenet Communis cum Rota *rec. part.* 4. *t.* 2. *dec.* 47. *n.* 9. *part.* 7. *dec.* 72. *num.* 21. *part.* 13. *dec.* 103. *num.* 2. & *dec.* 272. *num.* 1. *part.* 17. *dec.* 99. *num.* 8. &

26 sæpe alibi. Hinc Filii, seu descendentes admittuntur in stirpes, & non in capita; Rota *part.* 4. *t.* 1. *dec.* 77. *n.* 1. *part.* 7. *dec.* 275. *num.* 3. *part.* 11. *dec.* 268. *num.* 3. Et sic stirpes attendi debet in præsentatione jurispatronatus, & numerus personarum, ita quod plures ab uno descendentes procedant in stirpes, non autem in capita, & unius loco reputentur. Rota *part.* 4. *tom.* 1. *dec.* 657. *num.* 3. &

27 *cit. Clementina* Plures:: Et idem procedit in Jurepatronatus hæreditario ad plures lineas spectante, in quo præsentatio fieri debet in stirpes, & non in capita. Rota *part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 424. *num.* 1. Ita ut jurepatronatus tribus personis relicto quælibet ex ipsis suam constituat lineam, & vocem Rota *ibid. num.* 3. Et descendentes ab una tantam partem habeant, quantam descendentes ab alia; Rota *ibid. num.* 4.

28 Successio patronorum in jurepatronatus gentilitio, seu familiari fit in capita, & non in stirpes. Rota *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 47. *num.* 2. *part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 285. *num.* 17.

29 *part.* 7. *decis.* 280. *num.* 4. Et sic descendentes jure sanguinis succedunt in capita, & non in stirpes. Rota *p.* 2. *dec.* 251. *num.* 5. *part.* 13. *dec.* 103. *num.* 3. Et omnes tenentur præsentare in capita. Rota *part.* 13. *dec.* 83. *num.* 21.

Patroni à præsentatis nihil possunt exigere tempora- 20
le, nisi quod in ipsa fundatione constat fuisse impositum *cap.* Sicut 2. *de supplend. negligentia Prælator. et cap.* Præterea 23. *de Jurepatronatus.* Præsentatio est simonia- 21
ca, quando aliquid datur, vel promittitur pro habendis vocibus, seu præsentationibus patronorum; *arg. cap.* Veniens 19. *De Simonia*, ubi Abbas, & Decius *in not.* 5. Roch. de Curte *De jurepatronat. verb.* Et utile, *quæst.* 3. *num.* 19. Lambertinus *in simili tractatu lib.* 2. *part.* 1. *q.* 9. *art.* 8. Navarr. *in Manual. cap.* 23. *numm.* 200. *vers.* Nam cum quis :: Barbosa *lib.* 3. *Juris eccles. univ. cap.* 12. *n.* 202. Rota *in Comensi capellæ* 11. *Mar.* 1595. *et in Romana jurispatronatus* 29. *Jan.* 1601. *coram Card. Millino.* Quamvis id fiat etiam pro ipso præsentato ignorante; *cap.* 22
Si alicujus 59. *de electione*, *cap.* Nobis 27. *de Simonia.* Rota *dec.* 285. *num.* 3. *part.* 1. *divers. et in dicta Comensi Capellæ*, Barbosa *loc. cit. num.* 202. & alii passim (Ad rem *lex* 17. *et* 18. *tit.* 17. *p.* 1.)

Patroni laici habent solum quatuor menses ad præ- 23
sentandum; *cap.* Quoniam 3. *et c.* Cum propter 27. *De Jurepatron. et cap.* Si Laicus, *unic. de Jurepatron. in* 6. §. Verum :: ubi sic præcise dicitur: *Verum licèt patronus Laicus ad præsentandum tempus habeat quadrimestre dumtaxat*, & in ejus summario: *Laicus quadrimestre tempus habeat ad præsentandum*; Et sic *Communis* cum Rota *p.* 9. *tom.* 1. *dec.* 19. *num.* 13. & *eadem p.* 9. *t.* 2. *dec.* 446. *n.* 16. *p.* 12. *dec.* 25. *n.* 44. & sæpe alibi. Quo quidem 24
quadrimestri tempore elapso patronorum auctoritas expirat, ita ut post illud non possint amplius præsentare, cum tunc collatio devolvatur ad Superiorem; *arg. c.* Eam te decet 22. & *c.* Cum propter 27. *de Jurepatr. c.* Licèt 3. *De supplenda neglig. Prælat.* & *c.* Nulla 2. *de concessione præbendæ*; Rota *p.* 2. *rec. dec.* 10. *num.* 7. & sæpe alibi. Non præjudicat tamen dictum quadrimestre pupillo, 25
quin eidem ob non petitam in tempore dispensationem competat restitutio in integrum; Rota *part.* 13. *rec. dec.* 290. *num.* 14.

Patroni autem ecclesiastici de jure habent semestre 26
ad præsentandum; *cap.* Eam te decet 22. *De Jurepatr.* & *cit. cap.* Si Laicus, *unic.* §. Verum, *de Jurepatr. in* 6. ibi: *Ecclesia tamen* (*vel monasterium, cui facta est à laico juris collatio patronatus*) *tempus habet semestre*, & *in ejus summario sic præcise dicitur*; *Ecclesia vero* (habet) *semestre, licèt à laico acquisiverit Juspatronatus.* Tali se- 27
mestri elapso patronorum ecclesiasticorum auctoritas expirat, ita ut post illud non possint amplius præsentare, sed pro ea vice collatio devolvatur gradatim ad Superiorem, id est de Capitulo ad Episcopum, de Episcopo ad Metropolitanum, de Metropolitano ad Nuntium, de Nuntio ad Papam; *c.* Licet 3. *De supplend. neligentia Prælat.* & *c.* Nulla 2. *De concessione præbendæ*; Rota *part.* 2. *rec. dec.* 186. *num.* 1. *p.* 18. *tom.* 1. *dec.* 180. *n.* 3. Et quilibet eorum habet sex menses ad conferendum à 28
tempore scientiæ; Rota *in Spoletana beneficiorum* 31. *Jan.* 1694. *cor. Mantica inter ejus Impressas decis.* 260. & *p.* 18. *tom.* 1. *rec. dec.* 180. *num.* 3. Quamvis devo- 29
lutio esset facta à laico patrono, qui tantum habet quadrimestre, Garzias *de beneficiis p.* 10. *cap.* 3. *num.* 9. Rota *dec.* 6. *de Jurepatronatus in novis*, & *in Sabinens. Beneficii* 11. *Maji* 1584. *coram Captio*, & *in Salamantina Portionis* 13. *Junii* 1586. *cor. Ubaldo.*

Potest tamen Episcopus, & respective Metropolita- 30
nus, & Nuntius elapso tempore patronis, & respective aliis, ad quos jus fuerit devolutum, gratiam facere, & tempus ad præsentandum seu respective conferendum prorogare, Rota *p.* 17. *rec. dec.* 13. *num.* 2. Lambertinus *de Jurepatr. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 33. Castropalao *p.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 5. *num.* 8. Riccius *in praxi resol.* 195. Barbosa *p.* 3. *de Offic.* & *potest Episc. alleg.* 72. *num.* 143. & 170. & alii; *arg.* Sicut nobis 2. *De supplenda neglig. Prælat.* ponderando ibi verbum *Liceat*, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet. Cum hac tamen adver- 31
tentia, quod Episcopus, respective Metropolitanus, & Nun-

Nuntius non potest prorogare tempus ultra sex menses; *arg. c.* Nulla 2. *De concessione præb.* ubi ipsis in casu devolutionis conceduntur solum sex menses ad conferendum, ibi: *Infra sex menses personis, quæ digne administrare valeant, conferantur*, quia, ut recte censuit Rota *loc. cit. num.* 3. & 4. hoc solum ferre potest in præjudicium sui ipsius, non autem in præjudicium alterius Superioris; Castropalao *l. c.* Reiffenstuel *lib.* 3. *Decret. tit.* 38. *n.* 56.

32 & alii. Quamvis autem possit Episcopus, & respective Metropolitanus, & Nuntius supradictum tempus prorogare, ipsum tamen non potest abbreviare; Vivian. *in praxi Jurispatron. p.* 55. *lib.* 7. Castropal. *l. c. punct.* 5. *num.* 8. Barbosa *loc. cit. num.* 143. Alphonsus de Leone *quæst.* 4. *praxi* 5. *n.* 87. ubi citat Rotam *in Salmantina beneficii* 4. *Febr.* 1630. *cor. Ghislerio*, in qua fuit expresse resolutum, Ordinarium non posse restringere, neque abbreviare tempus Patronis concessum à Jure ad præsentandum, quia indultum à jure beneficium non potest per Judicem tolli, *c.* Indultum 17. *de Regul. juris in* 6. ibi: *Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum.*

33 Patroni jurispatronatus mixti possunt omnes præsentare intra semestre; Rota *p.* 19. *recent. t.* 1. *dec.* 129. *num.* 3. & *dec.* 298. *num.* 1. 4. & *seq.* cum communi Doc-

34 torum. Tale enim juspatronatus mixtum gaudet privilegio jurispatronatus Ecclesiastici ad effectum præsentandi intra semestre, Rota *p.* 12. *dec.* 250. *num.* 15. & *p.* 13.

35 *dec.* 379. *num.* 4. & 5. Etiamsi minor pars sit Clericorum;

36 Rota *p.* 12. *decis.* 250. *num.* 13. & 14. Ita tamen, ut Patroni uti Laici intra Quadrimestre ad præsentandum ante Episcopi institutionem possint variare; Rota *ib. n.* 19.

37 Quin amittant tamquam Clerici semestre ad præsentandum, Rota *ibid. num.* 20. & 21. Quia in jurepatronatus mixto semper attenditur qualitas favorabilior patronis, Rota *ibid. num.* 22. & 23. (Vide *ad l. hisp.* & *nov. verb.* Abbas, Beneficium &c.)

38 Tempus ad præsentandum non currit patronis, nisi à die scientiæ, seu habitæ notitiæ vacationis, *arg. c.* Quia diversitatem 5. *De concessione præbendæ*, ibi: *Semestre autem tempus non à tempore vacationis præbendarum, sed notitiæ ipsius potius volumus computari.* Et sic *Communis* cum Garzia *de benef. p.* 10. *c.* 2. *num.* 34. Barbosa *l. c. num.* 134. Et Rota *p.* 2. *recent. dec.* 10. *num.* 7. *dec.* 173. *num.* 1. & *d.* 466. *n.* 1. *p.* 3. *dec.* 377. *n.* 3. *p.* 7. *d.* 221.

39 *num.* 9. *p.* 19. *t.* 2. *d.* 678. *num.* 12. Et quidem dictum tempus currit solum à die scientiæ veræ, & certæ, nec

40 sufficit dubia, Rota *p.* 5. *t.* 1. *d.* 15. *num.* 12. Ita ut probatio scientiæ debeat esse vera, & concludens nec præsumptiva sufficit, Rota *p.* 2. *d.* 173. *num* 1. Barbosa *l. c. n.* 35. & 36. cum pluribus aliis ibi citatis, *arg. c.* Præsumitur 46. *de Regulis Juris in* 6. ibi: *Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.* (*Verb.* Ignorantia) Nisi ignorantia vacationis sit inverisimilis, quo casu tempus currit à die ipsius vacationis, Rota *punct.* 3. *decis.* 377.

41 *n.* 3. Præsumitur autem ignorantia potius, quam scientia, si Beneficiatus decesserit extra locum beneficii, &

42 habitationis patronorum, Rota *p.* 3. *d.* 21. *n.* 1. Similiter non currit tempus patrono legitime impedito, aut absenti, ut si patronus sit absens reipublicæ causa, vel injuste carceratus, vel si non haberet tutum accessum propter perhorrescentiam alicujus inimici; Tempus enim non currit legitime impedito, *arg. cit. c.* Quia diversitatem 5. *De concessione præbendæ*: in cujus Summario sic expresse dicitur: *semestre ad eligendum, seu conferendum à jure præfixum non currit legitime impedito*; *cap.* Ne pro defectu 41. *de electionibus*, ibi: *Justo impedimento cessante.* Rebuffus *de patron. poss. num.* 304. Barbosa *cit.*

43 *alleg.* 72. *n.* 138. & *lib.* 3. *juris eccles. univ. c.* 12. *n.* 170. & communis aliorum. Præsentatio intra prædictum tempus indultum à jure potest fieri à patronis quocumque die etiam feriato, & etiam Paschali, cum sit quid extrajudiciale, & sapiat spiritualitatem: *Communis* cum Barbosa *cit. alleg.* 72. *n.* 144. & *seq.* (Vid. *tit.* 29. *p.* 2.)

44 Patronus ecclesiasticus semel, ac aliquem idoneum præsentavit, non potest amplius variare, seu pro illa vice alium præsentare etiam cumulative; Quod tamen, si fecerit, debet Episcopus primo præsentatum instituere, textu claro *in cap.* Quod autem 5. *cap.* Cum autem 24. & *c.* Pastoralis 29. *de Jurepatr.* Rota *p.* 13. *rec. d.* 14. *num.* 18. *p.* 17. *d.* 250. *num.* 17. Fagnan. *in cit. c.* Cum autem 24. *De jurepatronatus num.* 15. ubi expresse dicit, quod patronus ecclesiasticus non potest variare præsentando alium etiam cumulative, & sic tenent etiam alii communiter. Patronus autem laicus potest variare 45
præsentando secundum accumulative, non tamen privative, & exclusive, hoc est, potest uni præsentato alium adhuc adjungere, & Episcopo, quem instituere velit, relinquere. Non vero potest primum penitus excludere, *argum. cit. cap.* Cum autem 34. *de jurepatronatus*; ubi cum relinquatur arbitrio Episcopi, quis ex duobus à patrono laico successive præsentatis instituatur, aperte declaratur primam præsentationem non fuisse revocatam; alioquin Episcopus non posset primum præsentatum instituere; Et sic *cit. cap. Cum autem* tenent Joann. Andr. *n.* 6. Abbas *num.* 2. Anchaanus *num.* 3. Barbosa *num.* 2. Fagnan. *num.* 6. ubi ex Lambertino testatur sic tenere Communem Canonistarum, & Legistarum. Et sic Rota *p.* 9. *t.* 1. *d.* 235. *num.* 5. *p.* 14. *dec.* 431. *num.* 5. & sæpe alibi.

Ipse tamen patronus laicus potest semel tantum 46
variare, *arg. cit. c.* Quod autem 5. *c.* Cum autem 24. *cap.* Cum Dilectus 28. & *cap.* Pastoralis 29. *de jurepatron.* ubi tum textus, tum Summaria loquuntur tantum de duobus successive, & non de pluribus. Et sic tenet Rota *p.* 13. *rec. decis.* 14 *sub num.* 18. & *dec.* 178. *num.* 4. *p.* 14. *d.* 262. *num.* 5. Fagnan. *in cit. cap.* Cum autem 24. *de jurepatr. num.* 8. & efficaciter probat Calderin. *cons.* 16. *An Laicus tit. de jurepatronat.* Garzias *de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 214. Roch. *de jurepatr. quæst.* 10. *verb.* Honorificum:: Lambert. *de jurepatr. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 7. *art.* 23. Navarr. *in c.* Placuit, *de pœnit. dist.* 6. *num.* 167. & *sequent.* & pluribus aliis citatis Barbosa *part.* 3. *de offic.* & *potest. Episc. cit. alleg.* 72. *num.* 162. ubi citat etiam Rotam *in Compostellana Parochialis* 20. *Februarii* 1630. *coram Merlino.*

Sunt autem multi, qui tenent, posse patronum 47
laicum intra quadrimestre cumulative variare non solum semel, sed bis, ter, quater, & quoties voluerit. Sic Glossa in *Clement.* plures, 2. *De Jurepatronat. verb.* Præsentare:: Abbas *in cap.* Quanto *de Judic.* & *ibi* etiam Decius, Castropalao *part.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 6. *num.* 3. Azorius *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. Perez de Lara *de Anniv. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 8. Navar. *in suis sing. canon. conclus.* 112. *num.* 8. Alphonsus de Leone *quæst.* 4. *praxi* 5. *num.* 98. & probabilius Reiffenstuel *lib.* 3. *decr. tit.* 38. *sub num.* 58. *arg. cit. cap.* Quod autem 5. *cap.* Cum autem 24. & *cap.* Pastoralis. Et ratio istorum est, quia talis cumulativa variatio non est odiosa, sed favorabilis ecclesiæ, quia quanto plures ei præsentantur, pinguiorem habet facultatem eligendi, & acquirendi digniorem Rectorem. Unde ad id, quod in contrarium adducitur, quod variatio sit restringenda, utpote odiosa, dicunt esse quidem odiosam variationem exclusivam, non autem cumulativam, quæ potius est favorabilis. Et licet in citatis Juribus, cum textus, tum Summaria loquantur tantum de duobus successive; per hoc tamen non excluditur tertius, quartus, quintus &c. cum dicta Jura loquantur tantum de duobus, ex quo solum de duobus se obtulit casus; qui si de pluribus se obtulisset, de pluribus etiam dicta Jura locuta fuissent.

Conveniunt tamen communiter Doctores utriusque 48
sententiæ, quod patronus laicus, sicut potest duos cumulative præsentare successivis temporibus, ita potest præsentare plures simul unico contextu, dummodo id agat etiam cumulative, eo modo, ut Episcopus alterum eligat, & admittat; Rota *p.* 16. *d.* 240. *num.* 10. Fagnan. *in cit. cap.* Cum autem 24. *de Jurepat. n.* 5. & alii passim; *arg. Clem.* Plur. *de Jurepatr.* §. *final.* Item conveniunt satis communiter Doctores, quod 49
si patronus laicus prima, vel secunda vice fecit præsentationem nullam, veluti si præsentavit coram non habente potestatem instituendi, posit intra quadrimes-